

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3625

**Auteur(s) :** Louis IX, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Bus-Saint-Rémy, Notre-Dame-du-Trésor (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1261, juin

**Lieu d'émission :** Vernon

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

En se rappelant d'avoir permis par sa charte aux religieuses du Trésor Notre-Dame de posséder, jusqu'à la valeur annuelle de 100 livres, tous les revenus qu'elles puissent acquérir par donation, achat ou d'autre moyen, Louis [IX], roi de France, leur concède les revenus supplémentaires de la valeur annuel de 12 livres.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Harde (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 668, p. 138.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum nos monialibus de Thesauro Nostre Domine, Cisterciensis ordinis, dudum per quendam cartam nostram concessissemus, ut ipse quecunque usque ad valorem centum librarum annui redditus, de feodo nostro, sive dominio, sive censu, in quibuscunque possessionibus vel rebus, titulo donacionis sive empcionis vel alio quocunque modo, ex elemosinis, a quibuscunque personis acquirere possent, in manu mortua tenerent et possiderent in perpetuum, hoc excepto quod non possent acquirere in civitatibus et castris nostris, nisi unam domum vel duas ad usus suos in qualibet civitate vel castro ; eedemque moniales, sicut ex parte ipsarum nobis extitit intimatum, post dictam concessionem, de feodo nostro seu dominio sive censu, in possessionibus et rebus aliis, acquisissent usque ad valorem centum librarum annui redditus, necnon et post modum ultra summam dictarum centum librarum usque ad valorem duodecim librarum annui redditus, nos, divini amoris intuitu et pro remedio anime nostre ac animarum inclite recordacionis regis Ludovici, genitoris nostri, et regine Blanche, genitricis nostre, ac aliorum antecessorum nostro[rum], eisdem monialibus, tam possessiones et res quas per dictam concessionem centum librarum annui redditus acquirendarum, ut dictum est, quam possessiones et res quas post modum usque ad valorem duodecim [librarum] annui redditus, de feodo nostro seu dominio sive censu, aliquo supradictorum modo, secundum tenorem supradicte concessionis, juste ac racionabiliter acquisierunt et hactenus pacifice possederunt, in manu mortua in perpetuum tenendas et possidendas concedimus, et auctoritate regia confirmamus, salvo jure in omnibus alieno, et salvis censibus et justiciis, redditibus et aliis redibenciis, quos vel quas in predictis habemus. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum apud Vernonem anno Domini M° CC° LXmo. primo, mense junio.